



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

9 An ex charitate obligeris, & quando salutem spiritualem proximorum  
bonis propriis temporalibus fortunæ, & vitæ præferre?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



Quod si obicitur: Si aliquis culpabiliter, vel inculpabiliter, te inuadit, cuius ictum declinare non potes, nisi illum occidas, licet tibi abstinere ab illius occasione, & permittere, vt te occidat. Ergo iam conseruatio precia vitæ alienæ est honestus finis ad permittendam propriam mortem.

Respondendū negando consequentiam: non enim permittis te occidi ob alterius vitæ conseruationem præcisè: sed ne illum occidas: est enim occisio cuiuslibet hominis ita grauis, dura, & terribilis, vt actus sit peccatis ab illa abstinere, etiam si tibi liceat: permittere ergo eam mortem ob huiusmodi finem actus est laudabilis.

7. Aduertit tamen Suarez disp. 9. sect. 3. num. 7. non esse peccatum mortale, sed solum veniale oppetere mortem, & exponere vitam propriam, pro conseruanda præcisè vitæ proximi extantem, quia licet charitas obliget prius amare seipsum, quam proximum in æquali necessitate etiam temporali, non tamen sub graui obligatione hunc ordinem imponit, sed sub leui. Secundo aduertit esse cauendum ne postuere ad mortem propriam coopereris, existimatur autem & bene te cooperaturum, si proximo periclitanti in mare, cederet tabula iam a te occupata, vt ipse se saluaret, sciens te inde esse periclitaturum: quia illa cessio est eorum positura in vndis immersio, quæ tibi non licet. Secus vero si tabula a te occupata non esset, poterat tunc permittere ad alio occupari, quia tunc non cooperaris morti propriæ, sed assistes a conseruatione vitæ ob alterius vitæ conseruationem, & tradit Valquez obse. de elemos. cap. 2. num. 2. Hæc omnia dicta sunt de homine libero, cuius vita aliis necessaria non est. Nam si aliis necessaria est, vt filiis, & vxori, & conseruandis cum ad bonum spirituale, tum ad temporale, nullo modo liceret pro vita alterius prius hominis propriam exponere, sed grauius talis peccatum non enim cum tantorum detrimentum vitæ alterius succurrere debeat. sic Coninch. disp. 23. dub. 5. in fine, n. 84. Bonacina disp. 4. de charit. p. 4. sine, n. 6.

PUNCTUM IX.

An ex charitate obligeris, & quando, salutem spiritualem proximorum bonis propriis temporalibus, fortunæ, & vitæ præferre.

- 1. Præmittitur tria certissima.
- 2. Similitur regula ab omnibus recepta te obligatum esse salutem spiritualem cuiuslibet proximi tuis bonis temporalibus fortunæ, & vitæ præferre.
- 3. Hæc obligatio viget in extrema proximi necessitate.
- 4. Si Petro dormienti, & in peccato mortali existenti scires mortem euenturam, teneris cum periculo vitæ impedire.
- 5. Item est de infante Christiani filio.
- 6. Homini peccatori in extremis, non teneris semper cum periculo vitæ penitentia sacramentum ministrare.
- 7. Te inuadentem bene potes occidere, tamen si in peccato moriatur.
- 8. Examinantur tres casus positi à Valentia.
- 9. Extrema casum extremum non teneris cum graui iactura succurrere proximo priuato in spiritualibus.
- 10. Proximo communi, scilicet republicæ, teneris cum periculo vitæ succurrere.
- 11. Cuiuslibet proximo grauem necessitatem spiritualem patienti teneris cum leui tuo detrimentum succurrere.
- 12. Si superior, & pastor sis, teneris cum periculo vitæ graui spirituali necessitati proximi subuenire.
- 13. Non potes tempore pestis fugere.

Præmitto primò, Nomine proximorum, vt constat ex sæpè dictis, non solum quilibet particularis homo intelligatur, sed à fortiori quilibet communis, republica, & regnum. Item loqui possumus de obligatione hominis particularis, & priuati, vel de obligatione superioris, Principis, & pastoris.

Secundò præmitto triplicem esse necessitatem proximi de tuo auxilio leuem, grauem, & extremam. Leuis est, quam proximus leui conatu, & facili negotio absque tuo auxilio repellere potest. Grauis, quæ sine tuo auxilio non nisi graui conatu, & difficultate ab illa se potest proximus liberare. Extrema est solum periculum æternæ damnationis, à quo proximus absque tuo auxilio vel se omnino eripere non potest, vel cum tanta difficultate vt prudentis iudicio reputetur moraliter insuperabile, ac proinde omnino impossibile.

Præmitto terciò, vt proximo obligeris succurrere cum iactura propria, duo tibi debent esse moraliter certa. Primò proximum indigere tuo auxilio, quia alius non adest, qui succurrat. Secundò, auxilium tuum fore profuturum. In his tribus suppositis omnes conueniunt, vt videre est in Doctores in discussa referendis.

Regula ergo certissima, & ab omnibus catholicis recepta. Ret. de Castro. Sum. Mor. Pars I.

est, te obligatum esse salutem spiritualem cuiuslibet proximi tuis bonis temporalibus fortunæ, & vitæ præferre, ita vt si opus sit hæc omnia expendere pro illius conseruatione, id debeas facere. Probatur ex illo Ioann. 14. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. At Christus dilexit nos expendendo propriam vitam pro nostra spirituali salute. Ergo sic debemus proximos diligere. Et confirmatur ex illo Ioann. cap. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quia ille animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animam ponere, quem locum expendens Augustinus libro de mendacio cap. 6. dixit, temporalem vitam suam, pro æterna proximi non dubitabit Christianus amittere. Ratio est, quia bona spiritualia, & maximè æterna excellentiora, & Deo gratiora sunt quolibet temporali bono, etiam proprio. Ergo ex charitate huic bono illa præferri debent.

Difficultas autem est, quibus euentibus id necessariò faciendum sit, quod sequentibus conclusionibus explicabimus.

3. Prima conclusio est, in extrema proximi necessitate debes non solum bona temporalia, sed etiam vitam expendere, si tibi spes est fore profuturum, sic cum D. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 5. tradunt omnes eius expostores, Caietanus, Bannes, Aragon, & alij Valent. disp. 3. quæst. 4. punct. 4. assert. 5. Torres disp. 37. dub. 2. conclus. 3. Lorca sect. 3. disp. 28. memb. 2. Azor. tom. 2. lib. 12. cap. 4. Toler. lib. 4. summ. cap. 10. Coninch. disp. 25. dub. 7. num. 86. Suarez de charitate, disp. 9. sect. 2. num. 2. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charitate, punct. 4. num. 2. Ratio est, quia præceptum expendendi vitam propriam pro salute proximi in aliquo casu obligat, aliàs superuacaneum esset. Ergo ad minus obligare debes in casu extremæ necessitatis.

4. Ex quo infero primò. Si Petro dormienti, & pharæsi labo ranti, & in peccato mortali existenti mortem scires euenturam, siue à se, siue ab alio, teneris cum periculo vitæ impedire si potes, & moraliter certus es à peccato postea esse liberandum, aliàs non quia hæc est extrema necessitas, sic Coninch. n. 87. Suarez disp. 9. sect. 2. n. 3.

5. Infero secundò. Si infans filius Christiani fidelis sit morti proximus, indigeatque Baptismo, quem absque periculo vitæ conferre non potes, neque alius sit, qui conferat, teneris cum periculo vitæ conferre, quia illa est extrema necessitas, à qua non potest infans se liberare. Neque obstat illam necessitatem prouenire ab extrinseca aliqua causa, scilicet à tyranno impediente Baptismum, ob cuius rationem negat Sotus relect. de seeret. membr. 2. quæst. 2. post. 6. conclus. non esse hunc casum extremæ necessitatis per se, sed per accidens, quia impertinens est, à quo & quomodo proueniat necessitas, vt deobligeris: si de facto necessitas viget. sic Nauarr. cap. 24. num. 6. Lorca 2. 2. sect. 5. disp. 28. num. 32. Coninch. disp. 25. dub. 7. num. 88. Suarez disp. 9. sect. 2. num. 3. Bonacina disp. 3. quæst. 4. de charitate, punct. 4. num. 2. Valent. disp. 3. quæst. 4. de charitate, punct. 3. in fine. Dixi si infans sit illius Christiani fidelis, nam si filius ethnicus sit, non est constans inter Doctores, an parentibus inuitis possit baptizari. In illo ergo casu, in quo baptizari potest, teneris cum periculo vitæ Baptismum illi conferre. sic Suarez supra. Postea autem baptizari, quoties absque vi illata parentibus, & graui illorum perturbatione fieri potest, communior ferè sententia. sic Coninch. supra. Scio tamen Emanuelem Saa verbo charitas, num. 4. in vtraque editione, reputare te non esse obligatum puero huic Baptismum conferre cum periculo vitæ, alioqui enim teneretur mater grauida permittere se secare, vt filius in vtero existens baptizaretur, alioquin sine Baptismo moriturus, quod non est concedendum.

6. Terciò infero quid dicendum sit de eo, qui diu vixit in consuetudine peccandi, & morte proximus petit Confessarium, à quo absoluitur, an debeas parochi, neque alio succurrense, absolutionem concedere cum periculo propria vitæ? affirmat Bannes 2. 2. quæst. 28. art. 1. Suarez supra num. 3. Valent. disp. 3. verbo quatuor casus, quia huic difficillimum est habere contritionem. Ergo reputanda est illa extrema necessitas.

Sed credo hoc solum esse intelligendum in homine rustico, aut prolixo ignaro ad iustificationem extra sacramentum requiri contritionem, quia huic moraliter impossibile est contritionem habere, cum eius menti obligatio habendi contritionem non occurrat. sic Coninch. disp. 23. de charitate, dub. 7. num. 90. cum Nauarr. cap. 24. num. 8. & indicat Bonacina num. 2. quatenus dicit requiri ad extremam necessitatem, vt non valeat actum contritionis elicere. Aliàs si cuiuslibet perenti absolutionem deberes cum periculo vitæ impendere, ne ob defectum contritionis in æternum peccat, sine dubio obligatus esses tempore pestis, & inuasionis hostilis deficientibus parochis cum periculo propria vitæ sic oppressis sacramenta ministrare, neque posse fugere, quod Doctores communiter negant.

7. Quartò infero quid dicendum sit de eo, qui te inuadit, cuius ictum declinare non potes, nisi occidas. Reputo te posse occidere, quia illa extrema necessitas non est, cum ab illa se liberare possit, sed potius est extrema malicia. sic Coninchus, 5. numero 95. sine. Bonacina disputatione, 3. questione 4. puncto 4. numero secundo, sine. Sed quid si inuadit ebrius sit, aut pharæneticus, teneris ne tunc te permitti occidi, ne in peccato alius moriatur?

DE SACRAMENTIS ALIIS





Respondeo te non tenet, quia nec reputare debes alium esse in peccato, neque si est, postea esse conserendum, neque te ita esse dispositum, ut mortem subitaneam, & non premeditam subire possis sine periculo damnationis.

8 Quinto infero quid dicendum sit de tribus illis casibus relatis à Valent. *suprà*, in quibus ipse agnoscit extremam necessitatem? Primus est de illis rusticis, qui à concionatore heretico rediuntur, neque est, qui valeat eos ab ignorantia liberare. Secundus de celebrantibus aliquem contractum usurum ex ignorantia vincibili, in qua creduntur perseveraturi, nisi tu succurras. Tertius de filia, quam pater ob paupertatem laesioni tradit contra eius voluntatem.

Respondeo in supradictis nullam adesse extremam necessitatem. Nam vel illi seducti ignorantia vincibili laborant, vel non, si non; non committunt peccatum, si laborant vincibili ignorantia absolute, etiam si cum difficultate ab illa se liberare possunt. Ergo non est extrema necessitas. Filia verò est aliquo modo coacta ob parentis reuerentiam peccato consentiat: ac liberè consentit, & potest sustinendo iram parentis à peccato abstinere. Ergo extrema necessitate non laborat. Adde præsumi non posse supradictos semper in peccato esse perseveraturos, neque aliquando esse à Deo illuminandos. Et ita à necessitate extrema, & obligatione succurrendi cum periculo vitæ, hos casus excludit Coninch. *dis. disp. 25. dub. 7. num. 94.*

9 Dico secundo, Extrema calum extrema necessitatis non tenetis cum periculo mortali propriæ vitæ, aut amissionis membrorum, aut graui iactura bonorum fortune succurrere proximo in spiritualibus. sic D. Thom. 2. 2. *quæst. 46. art. 5. ad 3. Nauarr. c. 14. num. 31. Coninch. disp. 25. dub. 7. m. 96. Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 4. punct. 3. vers. secundo dico. post 5. assertionem. Suarez. disp. 9. de charitate. sect. 1. num. 4. Bonacina. disp. 3. quæst. d. punct. 4. num. 2. Eman. Saa. verbo charitatis. num. 2. c. 5. Ratio est, quia non decet suauitatis legis Evangelicæ ob necessitatem proximi, à qua ipse se potest liberare, se esse attendendum ad propriam vitæ, bonorumque fortune amissionem: ius enim conseruandi propriam vitam, & ea quæ vitæ sunt necessaria, est maximè naturale. Non ergo amittendum est ob necessitates passim occurrentes, quales sunt graues proximorum necessitates. Hinc infero te non esse obligatum cum periculo vitæ, vel iactura graui honoris, & diuitiarum peccatum proximi impedire, cum quia cum ipse peccat, non laborat extrema, sed ad summum graui necessitate. Tum quia potest postea se ab illo peccato per penitentiam liberare. Secundo infero te non teneri ad Indos proficisci, quia neque ipsi laborant extrema necessitate: cum sint alij qui succurrant ex obligatione, neque est moraliter certum te posse succurrere. Ergo non tenetis ob eorum salutem procurandam periculum navigationis subire, & exilium ita graue pati. sic Bonacina. *disp. 3. quæst. 4. de charit. part. 4. num. 2. fine.**

10 Dico tertio, Proximo communi (hoc est reipublicæ) in graui necessitate constituto tenetis etiam cum periculo propriæ vitæ succurrere. sic Coninch. *disp. 25. dub. 7. n. 99. c. 100. Bonacina. suprà. num. 5. & Suarez. disp. 9. sect. 2. num. 4. ut probabile defendit. Ratio est, quia vix fieri potest reipublicam pati grauem in spiritualibus necessitatem, quin plures particulares patiantur extremam. Deinde illa necessitas communis est grauissimum damnum, cui merito succurri debet amissionem vitæ alicuius particularis, quæ minus damnum est. Adde cum vitia in communitate grassantur, & plures peruertuntur, honor diuinus periclitatur. Tenetis ergo pro illius defensione periculum vitæ subire. Ex quo fit, si scias concionatorem paruum doctrinam in populo seminare, pluresque esse peruertendos, & spem habeas impediendi, si te opponas, te obligatum esse. sic Suar. & Coninch. *suprà*, quia tunc pro fide periculum labis. Fit secundo, si in persecutione, aut hostili incursionem plebs aliqua ceteret, qui illi sacramenta ministraret, & ex alia parte grauibus periculis peccandi, amittendi que fidem esset exposita, videris teneri cum periculo vitæ.*

Dixi, in graui necessitate constituto reipublicæ te obligatum esse cum graui tuo detrimento succurrere: nam si leuem tantum necessitatem patiaris, obligandus non es: ob illius leuissimum grauem iacturam etiam bonorum fortune patii. Non enim iustum est tibi grauem obligationem imponi ob necessitatem, cui facile ab ipso patiente succurri potest. sic supponunt DD. *suprà* relati, & expressè tradit Bonac. *disp. 3. q. 4. de charit. part. 4. n. 3.*

11 Dico quarto cuiusque proximo grauem necessitatem spirituales patienti tenetis succurrere cum leui tuo detrimento, se eius patienti leuem necessitatem. sic Coninch. *Suar. disp. 25. dub. 7. n. 99. c. 110. Suar. disp. 9. sect. 2. de charit. n. 3. conclus. 4. Eman. Saa. verbo charitatis. num. 5. Valent. disp. 3. quæst. 4. part. 3. post conclus. vers. tertio dico. Ratio est, quia grauis necessitas spiritualis bonum est superioris ordinis, quod præferri debet cuiuslibet iacturæ temporali leui: si enim cum tuus inimicus grauem necessitatem temporalem patitur, tenetis, si absque tuo detrimento potes, succurrere, ut patet ex illo Exod. 23. *Si occurreris boni inimici tui, aut asino erranti, redue ad eum. Si videris asinum odientis te, non pertransibis, sed subleuabis eum eo, & Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Ergo à fortiori teneberis, cum in rebus spiritualibus grauius indiger.**

12 Dico quinto, si de te principe, pastore, & superiore lo-

quatur, tenetis cum periculo vitæ propriæ graui necessitati spirituali cuiuslibet subditi occurrere, si moraliter speras remedium profuturum. sic D. Thom. 2. 2. *q. 26. art. 5. & cum eo expostores res communitate. Valent. disp. 3. quæst. 4. part. 3. circa fin. Suar. disp. 9. sect. 2. num. 4. Coninch. disp. 25. dub. 7. num. 101. Bonacina. disp. 3. quæst. 4. de charit. punct. 4. num. 5. & videtur esse sententia August. *epist. 101. ad Honoratum. Ratio est, quia i ratione officij, & ob stipendium à subditi acceptum obligantur cum proprio detrimento illorum spirituali necessitati succurrere. Item ij archidiaconi obligantur, quam reliqui priuati; sed priuatus obligatur proximorum spirituali necessitati extreme succurrere. Ergo ij obligantur occurrere graui. Dixi te pastorem cum periculo vitæ propriæ obligatum esse spirituali necessitati graui cuiuslibet subditi occurrere. Quod intelligendum est, nisi ex occurru reliqui graue damnum patiantur: ut contingeret, si tua vita esset necessaria reipublicæ, & ob bonum vnius illam exponeres. Imprudenter fanè, & contra charitatem faceres salute vnius damnationem multorum comparare si sic colligatur ex Coninch. *disp. 25. dub. 7. n. 96. fine. vers. excipiendus tamen casus.***

13 Hinc fit primò tempore peltis non posse te pastorem fugere, nisi relicto alio, qui vices tui gerat sufficienter, quia grauius indigent subditi administratione facientorum, reliquitque spiritualibus subditi ad salutem. Et idem est si heretici peruertunt plebem. Officium enim boni pastoris, ut dixit Christus, *Ioann. 10. est, animam suam dare pro ouibus suis. sic Valentia. punct. 3. circa finem. Bonacina. num. 5. Coninch. dub. 7. num. 102. Suarez. sect. 2. num. 4. Fit secundo instanti tali necessitate, & iniuris subditi te non posse officio, & beneficio renunciare, sicut nec miles renunciare potest militiae instante necessitate pugne. Aliis nullus esset pastor obligatus ouibus asistente, cum possit facile hoc remedio ad fugiendum vri. sic Coninch. & Valent. *suprà*. Excipe tamen nisi fit alius idoneus, qui ad suscipiendum officium spontè se offerat, neque subditi possint esse rationabiliter iniuri, siquidem eorum necessitati sufficienter prouidetur. sic Valentia. *dicta disp. 3. qu. 4. part. 3. fine.**

PUNCTVM X.

An possis, vel tenearis vnum proximum præ alio diligere.

- 1 Teneris vnum proximum præ alio diligere.
- 2 Satisfit euidam obiectiõni.
- 3 Obligatus es præferre eum, qui tibi coniunctior est.
- 4 Comparatiõni Dei vnica est coniunctiõ in specie, tametsi varij gradus. At comparatiõne diligentiõs multiplex est coniunctiõ.
- 5 Proximus pati potest necessitatem in temporalibus, vel spiritualibus bonis.
- 6 Necessitas proximi alia grauis, alia extrema, & quando in utroque proximo est grauis, potest esse in vno grauior.
- 7 Coniunctiõ naturalis præferenda est spirituali.
- 8 Satisfit obiectiõni.
- 9 Coniunctiõnes peccatores tum in spiritualibus, tum in temporalibus præferendi sunt extraneis sanctioribus.
- 10 Amici aliquando præferuntur conianguiues.
- 11 Frater amico, & benefactori in extrema necessitate præferendus est.
- 12 Pater, vxor, illius frater, creditori sunt præferendi.
- 13 Coniuncti in eodem ordine qui sunt alius præferendi.
- 14 Non est mortale postum ordinem inuerrere.
- 15 Quod dicitur de conianguiues, dicendum est de reliquis.
- 16 Benefactor benefactori præferendus est, si vnus iniustus, fidelis infidelis.

1 Ceterissimum est te posse & aliquando teneri vnum proximum præ alio diligere, quia vnus præ alio tibi, & Deo coniunctior est, sic cum D. Thoma 2. 2. *q. 26. art. 6. tradunt omnes eius expostores. Valent. disp. 3. q. 4. p. 4. Torres. disp. 76. Suarez. de fide, disp. 9. sect. 4. à num. 2. Coninch. disp. 25. dub. 8. præcipue num. 112. Bonacina. disp. 3. q. 4. de charitate punct. 5. Quod non solum intelligendum est de dilectione in effectu, id est, in exteriori beneficentia. In quo nullus cõtradicentiõ manifestum sit existente patre, aut matre, & alio homine ignoto in extrema necessitate corporis, vel animæ, neque possim vrique succurrere, sed necessarò vnus mittendus sit, debere omittere extraneum, & coniuncto succurrere, ut dixit D. Aug. *lib. 1. de doctrina Christiana, c. 28. cum omnibus professe non possis, his potissimum consulendum est, quibus pro loco, & tempore, vel quarumlibet retum opportunitatibus contrictus, tibi quasi quadam forte iunguntur. Non solum, inquam, intelligenda est conclusio de dilectione in effectu, sed etiam in affectu. Neque enim in effectu vnus præ alio diligere potes, quin simul in affectu illum præ alio diligas, quia diligere in effectu vnus præ alio, est conferre illi bonum aliquod altero omisso: dilige in affectu vnus præ alio, est velle conferre illi bonum altero omisso. Ergo impossibile est posse te, & teneri vnus proximum diligere præ alio in effectu, quin simul in affectu teneris.**

2 Neque aduersus hæc obstat August. loco relato, cum dixit omnes